rando confitetur esdras flens. et iacens p
stratus ante templum. congregati sunt
ad eum. ex israel turba magna valde viro
rum et mulierum. et iuvenes. et iuvencule.
Fletus enim erat magnus in populo in multitudi
ne. Et cum clamasset iechonias iechiel ex fili
is israel. dixit esdre. Nos in dominum peccavi
mus quia collocavimus nobis in matrimonium
mulieres alienigenas ex gentibus terre. et
nunc est super omnes israel. In his ergo sit nostrum
iurandum a domino expellere omnes uxores no
stras que ex alienigenis sunt cum filiis
earum. sicut tibi decretum est a maioribus
secundum legem domini. Exurgens explica. ad te
enim expectat hoc negotium. et nos tecum
sumus. viriliter fac. Et exurgens esdras ad
iuravit principes sacerdotum et levitarum.
et omnem israel. facere secundum omnia hec. Et iu
raverunt. Et exurgens esdras ab atri
um templi abiit in pastoforium ionathe
filii nasabi. et hospitatus est ibi. Non gu
stavit panem nec aquam bibit. super iniqui
tates multitudinis. Et facta est predicatio in omni
iudea et ierusalem omnibus qui erant ex captivita
te congregari in ierusalem. ut quicumque non occur
rerit biduo aut triduo secundum iudicium
assidentium seniorum. tollentur facultates
sue. et ipse alienus iudicabitur a multitu
dine captivitatis. Et congregati sunt omnes
qui erant ex tribu iuda et beniamin in
tribus diebus in ierusalem. Hic est mensis nonus
vicesimus mensis. et sedit omnis multitu
do in area templi tremens propter hyemem p
sentem. XXV
Exurgens esdras. dixit illis. Vos iniqu
fecistis collocando vobis in matrimonium
uxores alienigenas. ut adderetis ad pec
cata israel. Et nunc date confessionem et mag
nificentiam domino deo patrum nostrorum. et perficite
voluntatem ipsius. et discedite a gentibus
terre. et ab uxoribus alienigenis. Et clama
vit omnis multitudo. et dixerunt voce ma
gna. Sic ut dixisti. faciemus. Sed quoniam multi
tudo magna est. et tempus hybernum. et non
possumus in subdiali stare. et hoc
opus non est nobis unius diei neque bidui.
multum enim in his peccavimus. Stent pro
positi multitudinis et omnes qui nobiscum inha
bitant. et quotquot habent apud se u
xores alienigenas. et assistant. ac
cepto tempore. ex omni loco presbiteri et iudices.
usque quo solvant iram domini negotii
huius. Ionathas autem filius ezeli. et
ozias thecam susceperunt secundum hec. et boso
ramus et levis. et sabatheus simul coope
rati sunt cum illis. Et steterunt secundum hec omnia
universi qui erant ex captivitate. Et e
legit sibi viros esdras sacerdos prin
ceps magnus de patribus eorum secundum nomina.
Et consederunt novilunio XXVI
mensis decimi. examinare negotium
istud. et determinatum est de viris qui habebant
uxores alienigenas. usque ad neome
niam primi mensis. et inventi sunt ex sa
cerdotibus permixti qui habebant alieni
genas uxores ex filiis ihesu filii iose
dech. et fratribus eius. maseas. et eliece
rus. et ioribus. et ioatheus. Et inie
cerunt manus ut expellerent uxores suas
et ad litandum in exorationem arietem pro
ignorantia sua. et ex filiis semeri.
maseas. et esses. et iecelech. azarias.
Et ex filiis phosor. et hiomasias. ismaheus.
et nathanae. et iussio. et iedduus. et
talsas. Et ex levitis iozabdus. et semeius.
et colius. et calitas. et facteas. et colua.
et elionas. et asatius cantoribus. eliasib.
cacturus. Et ex ostiariis. psallumus.
et tolbanes. Et ex israel ex filiis forcosi
et iemias. et gedias. et melchias.
et michelus. et eleazarus. et gemebias
et bannas. Et ex filiis iolamani. thi
mas. et zacharias. iercelus. et iobdi.
et erimoth. et elias. Et ex filiis cato
ni. elyadas. et elyasimus. et othias.
et iarimoth. et zabdus. et zebedias. Et
ex filiis bebe iohannes. et amanias. et zab
dias. et emetis. Et ex filiis banni. ola
mus. et malluchus. et iebdeus. et ia
sub. et asabus. et ierimoth. Et ex fili
is addin. naathus. et moosias. et
calleuius. et raanas. et baseas. ma
tathias. et beseel. et bonnius. et mana
sses. Et ex filiis naenoneas. et asfe
as. et melchias. et sameas. et symon
beniamin. et malachus. et marras. Et